Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



israel. Venit ergo naaman
cum equis et curribus et ste
tit ad ostium domus heliseo
misitq; ad eum heliseus nuncium
dicens. Vade lauare septies
in iordane et reuertet sani
tatem caro tua atq; mundabe
ris. Irasciq; naaman recedebat
dicens. Putabam quode
gredieretur ad me et stans inuo
caret nomen dei sui et tangeret
manu sua locum lepre et curaret
me. Nunq' non meliores sunt
abana et farfar fluuij damasci
omnibus aquis israel: ut lauem
in eis et mundor? Cumq; ergo
irasset se et abiret indignatus
accesserunt ad eum serui sui et
locuti sunt ei. Pater et si rem
grandem dixisset tibi propheta
certe debueras facere: quanto ma
gis quia nunc dixit tibi lauare
et mundaberis. Descendit ge
et lauit in iordane septies iux
ta sermonem viri dei: et restitu
ta est caro eius sicut caro pueri
paruuli. et mundatus est a lepra
Reuersusq; ad virum dei cum omni
bus comitatu suo uenit et
stetit coram eo et ait. Ve
re scio quod non sit alius de
us in universa terra nisi tantum in
israel. Gr. Deus iuxta me
am misericordiam tibi possum lacrimas me
as in conspectu tuo. V. Miserere mihi
domine quoniam conculcauit me homo tota
die bellans tribulauit me. Lucas.
In illo tem. Dixerunt pharisei
ad ihesum. Quanta audiuimus
facta in capharnaum fac et hic in
patria tua. Ait autem ihesus. Amen
dico uobis: quia nemo propheta ac
ceptus est in patria sua. In ueri
tate dico uobis: multe uidue
erant in diebus helie in israel
cum clausum est celum annis
tribus et mensibus sex: cum
facta esset fames magna in
omni terra: et ad nullam illa
rum missus est helias nisi in
sarepta sydonie ad mulierem
viduam. Et multi leprosi erat
in israel sub heliseo propheta: et ne
mo eorum mundatus est nisi na
aman syrus. Et repleti sunt
omnes in synagoga ira hec au
dientes. Et surgentes eiecerunt eum
eiecerunt eum extra ciuitatem
et duxerunt illum usq; ad supe
riora montis super quem ciuitas
illorum erat edificata ut precipi
tarent eum. Ipse autem transiens
per medium illorum ibat. Offertorium.
Exaudi deus orationem meam et ne de